



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Index Controversiarum.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)



# INDEX CONTROVERSIARUM.

## Subsectio prima.

**D**icitur utrum verum Deum ex ratione probatur contra Atheistas Gentiles à pag. 21. Hoc admissio refutantur Philosophastri, Machiavellistæ non admitterentes unam & unicam esse religionem veram à pag. 29. Nec Judaica nec Mahometana est vera religio. à pag. 35. Inter divisiones eorum, qui se Christianos vocant, probatur tèm argumentis generalibus contra sectas totius orbis à pag. 42. Tum peculiaribus contra nostrorum temporum Hæreticos à pag. 47. Veram & unicè salvificam fidem persistere in Ecclesia Romano-Catholica.

Cultu Hyperduliae colenda Deipara, pag. 53. Dulie Angeli & Sancti, pag. 55. Cuique assignatus est Angelus Custos, pag. 57. Sancti colendi imitatione virtutum, & tanquam intercessores apud Deum, pag. 59. Quomodo necessitates nostras videant, pag. 61. Tabellæ votivæ jure ad aras ponuntur, & reliquie ac imagines Sanctorum merito honorantur, pag. 63. In quo propriè consistat cultus idololatricus, pag. 64.

Sub-

*Index Controversiarum.*

**Subsectio secunda.**

Habet homo libertatem, nec necessitatem  
sive ad bonum sive ad malum. à pag. 89.  
Prædestinatio aut reprobatio hominis ei liber-  
tatem non adimit. pag. 94. Nec Ecclesia Dei  
in solis consistit prædestinatis, & pro omnibus  
mortuus est Christus pag. 97. Præcepta divina  
servari possunt pag. 99. Omnia opera nostra  
non sunt mala, & est differentia inter pecca-  
tum mortale & veniale. pag. 100. Concipi-  
scientiae mortis sine consensu non sunt peccatum  
pag. 102. Dantur bona opera supererogatoria  
pag. 104. Quomodo in iis fiduciam ponant  
Catholici pag. 107. Præter fidem & fiduciam  
in meritis Christi requiruntur bona opera ad sa-  
lutem, actus caritatis, pœnitentiæ &c. non ta-  
men opera antiquæ legis ut circumcisio & simi-  
lia, de quibus Paulus ad Gal. pag. 107. ad 113.

**Subsectio tertia.**

Matrimonium validum consummatum vi  
legis divinæ in lege gratiæ quoad vincu-  
lum non dissolvitur, nisi per mortem unius con-  
jugis. pag. 139. Per legem Christi etiam Po-  
lygamia sublata. pag. 142.

**Subsectio quarta.**

Oelibatus, si adsit consecratio Deo facta  
per votum perpetuae castitatis, perfectior  
est

*Index Controversiarum.*

est matrimonio. pag. 150. Suadetur, non pre-  
cipitur à Christo & Apostolo Paulo. pag. 152.  
Malè carpunt Ecclesiam Hæretici sacris majori-  
bus ordinibus annexum esse votum continen-  
tiæ. pag. 153. Exsibilatur fœtidum Lutheri  
principium, & falsum esse ostenditur, quod  
ante quatuor prius sœcula majoribus Ordinibus  
annexum sit perpetuæ castitatis votum. pag.  
156. Veræ Ecclesiæ nota est professio religiosi  
status, sive observatio Consiliorum Evangelico-  
rum voluntariæ scilicet paupertatis, castitatis &  
obedientiæ Deo votæ. pag. 157.

*Subsectio quinta.*

**L**utherani, Calvinistæ &c. non habent ve-  
ros Sacerdotes nec legitimos Ecclesiæ Mi-  
nistros, quia nec ipsi nec eorum antesignani à  
Christo sive immediate sive mediately vocati &  
ordinati sunt, & à sœculari potestate vel eorum  
consistorio potestatem prædicandi, confiendi,  
administrandi Sacra menta accipere non possunt.  
pag. 174. Sacerdotes à Laicis distincti. pag.  
180. Episcopi Sacerdotibus superiores sunt  
jure divino, potestate ordinis & jurisdictionis.  
pag. 183. Universalis Episcopus & summus  
omnium Pastor Christique Vicarius est Pontifex  
Romanus. pag. 185.

*Subsectio sexta.*

**A**bstinentia à certis cibis etiam à Deo prohi-  
bita. Ecclesia primorum Christianorum  
jeju-

*Index Controversiarum.*

jejunium trium per hebdomadem dierum fragilitati humanæ condescendens, mutavit in duorum dierum abstinentiam. Jejunium Quadragesimale servant Catholici ex traditione Apostolorum. pag. 249.

*Subsectio septima.*

Vera Dei Ecclesia in lege naturæ per solum verbum Dei traditum; & internam Spiritus S. motionem subsistit. Sicut & aliquamdiu in lege scripta & lege gratiæ. Hinc solum scriptum Dei verbum non est unica & adæquata credendorum regula. pag. 265. Sine Ecclesiæ definitis autoritate sciri non potest, an & quinam libri Canonici sint, sive genuinum scriptum Dei verbum contineant. pag. 267. Sicut nec quænam transumpta, seu ex originalibus libris descripta, item quænam ex hebraico in græcum, ex hebraico aut græco in latinum versiones legitimæ sint, sine Ecclesiæ definitis autoritate sciri potest. pag. 271. Nec etiam quis sit genuinus singulorum S. Script. textuum sensus, quos omnes claros esse etiam quoad sensum tantum litteralem saltem prædestinatis falso dicunt Sectarii. pag. 277. Nec etiam in omnibus iis, quæ sunt necessaria ad salutem, p̄is & fidelibus clara est Scriptura. pag. 280.

*Subsectio octava.*

Hæc clara verba & toties repetita: *Hoc est Corpus meum, hic est sanguis meus, sunt acci-*

*Index Controversiarum.*

accipienda in sensu proprio. Respondeatur ob-  
jectis in contrarium ex Scriptura. pag. 289.  
Et absurditatibus, quas Adversarii prætendunt  
sequi ex vera Christi præsentia sub speciebus  
panis & vini. pag. 293. Ejus sub his speciebus  
præsentia probatur ex ratione sive argumento  
reflexo. pag. 298. Non est cum Christo in ho-  
stia vel calice simul substantia panis & vini, sed  
sub eorum tantum speciebus est Christus. pag.  
303. Manet etiam extra usum sive actualem  
manducationem Christus in hostia. pag. 306.  
Et in ea, dum asservatur, circumfertur, ado-  
randus est Christus. pag. 309. Non est præ-  
ceptum Christi de eo sub utraque specie sumen-  
do. pag. 313. Fuit Lubin praxis sumendi Chri-  
stum sub duplice specie ex prudentibus motivis,  
& ex prudentibus pariter motivis concilia sta-  
tuerunt sub specie panis tantum dari Euchari-  
stiam Laicis. pag. 315. Refutantur Ubiquistæ  
pag. 319. Quid sit Sacrificium, & qualia fue-  
rint in lege veteri, quæ erant figuræ Sacrificii  
cruenti Christi in Cruce, & incruenti in sacri-  
ficio Missæ, quod modo eminentiali continet  
dotes sacrificiorum V. legis. pag. 321. Sacri-  
ficium cruentum obtulit Christus in Cruce, quâ  
Sacerdos secundum ordinem Aaron, ineruen-  
tum in ultima Cœna obtulit per se, & in qua-  
vis Missa per Sacerdotem offert quâ Sacerdos se-  
cundum ordinem Melchisedech. pag. 322.  
Missam privatam sive sine Communione po-  
puli, jure permittit Ecclesia; & quædam ju-  
bet in Missa secretò legi, eamque vetat sine par-  
ticipio.

*Index Controversiarum.*

sculari aliqua dispensatione celebrari nisi in tribus sacris linguis. pag. 331.

**Subsectio nona.**

Certus locus est carcer damnatorum, in quo igne cruciantur. Blasphemia Calvini est damnatorum poenas sustinuisse Christum, & per hoc, quod in symbolo dicatur eum descendisse ad inferos, intelligitur eum descendisse in carcere damnatorum, limbum Patrum & purgatorium. pag. 433. Præter cælum & infernum est locus tertius, sive non omnes animæ post separationem à corpore ad cælum vel infernum veniunt. pag. 440. Varia de Indulgentiis. pag. 447.

**Subsectio decima.**

De peregrinationibus ad loca sancta. pag. 463.

**Subsectio undecima.**

Immortalitas animæ hominis ex ratione probatur. pag. 489.

**Subsectio duodecima.**

De morali morte animæ per peccatum originale, & de baptismo contra Lutheranos Calvinistarum & Anabaptistarum errores. V. Num. 1. à pag. 500. Num. 2. De morali morte animæ per peccatum actuale, mortale, & ejus reviviscentia per Contritionem & Sacramentalem Confessionem. pag. 508. Num. 3. De Confirmatione. pag. 513. Num. 4. De Extrema Unctione. pag. 514.

Præ-